

Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per
Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum,
quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia
Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1719

Quæst. 914. Qualis sit obligatio monialium non egrediendi, & num aliqui
ab hac obligatione liberentur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73957)

C A P U T II.

De clausura & peculio regularium tam virorum quam mulierum.

*Quæst. 912. nomine clausuræ seu clau-
ſi quid veniat?*

Resp. intelligitur totum illud spatum, quod ambigit & clauditur muris, parietibus & septis monasterii Sanch. l. 6. q. 1. Unde non tantum monasterii officinæ & habitacula interiora, sed etiam horti monasterio contigui inter præfatos muros & septa inclusi quod regulares se distractionis causâ conferunt, sub clausura comprehenduntur ut Sanch. l. c. n. 14. Donat. q. 11. Item Sacraria, si existat intra dicta septa vel ab eis immediatè pateat aditus ad illam; secus si extra septa existens soli Ecclesiæ sit conjuncta ab eaque immediatè pateat aditus ad illam; idemque de choro dicendum. Donat. q. 12. Pelliz. Tom. I. tr. 5. q. 31. Bonac. de claus. q. 9. p. 1. Reiffenst. h. t. n. 27. Et in genere, ut Pirh. h. t. n. 42. omnis locus, sive sit area, sive hortus, sive conclave in quem monialibus licet ingredi; cum enim ius prohibitum sit egredi extra claustrum, omnis locus, in quem ingredi possunt, erit intra claustra & consequenter ad eum alicui persone ingredi non possunt, qua propter jam ut declaravit Gregor. XIII. in Bulla sua de sacris virginibus apud Castrop. tr. 16. d. 4. p. 9. n. 5. non licere monialibus habere ostium, per quod ex monasterio interiore accedi possit in Ecclesiam exteriorem monialium, in quam sacerularibus ad missam & officia divina patere solet accessus; nec etiam licere iis egredi à janua, qua est pro clausura monasterii ipsius, etiam ad claudendam januam, quâ aditus patere solet sacerularibus, venientibus vel ad rotam vel ad crates seu loca colloquis destinata, aut eam ad pulsandam januam ipsam clausuræ cum istiusmodi loca pro prædictis causis patere solita sint extra clausuram. proinde etiam à violatore clausuræ non excusatetur exentes ad Ecclesiam eti illius ostium eo tempore sit clausum; cum id sit per accidens, ut Castrop. l. c.

*Quæst. 913. an & à quibus induci posse
haec clausura & inducta instaurari.*

i. R esp. potest Episcopus inducere illam auctoritate Ordinatio monasterii sibi subjectis auctoritatē verò delegatā monasterii subjectis sedi Apostolicæ, uti expressè deciditur à Trid. eff. 25. c. 5. & 21. de regulari. in monasteriis non subjectis Episcopo nec etiam immediatè sedi apostolicæ, sed prælati earum regularibus, præter hos prælatos, quibus id commissum per c. periculoso h. t. in 6. posse quoque clausuram inducere & in ductam restaurare & curare, ut ea obseretur, Episcopos auctoritatē delegata illis à Papa, affirmat piaces, in prax. Episcop. p. 1. v. monialis. q. 4. & Barbos. 3. p. de potest. Episc. alleg. 102. n. 7. & 8. referens sic decilum à congreg. Concilii, quibus inhæret Castrop. l. c. n. 7. Non enim ex eo, quod in cit. c. periculoso h. t. in 6. ea potestas committatur dictis prælatis, rectè inferitur, eam per Trident. & constitutionem pii V. non fuisse concessam Episcopis, dum Trid. loquens de monasteriis papæ subjectis non sine causa omisit dicere; immediatè subjectis, sicut dixit Bonifac. VIII.

in c. periculoso, sed ex ea ratione, ut extenderet potestam Episcoporum ad monasteria subiecta sedi Apostolicæ sive immediate sive mediata, mediis nimis numeris Prælati regularibus, quod ipsum Pius V. in motu suo proprio, circa Pastorales, videtur expressè declarasse, dum inquit, in iis monasteriis, quæ ad Romanam mediatè vel immediate spectant Ecclesiam sedis Apostolicæ auctoritate una cum superioribus eorum Prælati (hoc est, simul ac ipsi hi prælati) clausuram servari procurent, nempe Episcopi. Qualiter autem dicta constitutio Piana non deroget Constitutioni Bonifac. VIII. aut etiam decreto Trid. sed potius illis favet, cum per hoc, quod Episcopis quoque astricta facultatem indicendi claustrorum monasteriorum mediatè subjectis Pontifici non tollat aut minuat facultatem ipsorum Prælatorum regularium, optime declarat Castrop. l. c. & confirmat ex eo, quod jurisdictioni, quam habent ordinarii absolvendi à peccatis & censuris, non derogetur per hoc, quod regulares eandem potestatem habeant ex privilegio. Porro licet Superioris Ordinum clausuram necessariam seu à jure jam determinatam pro libitu aliter determinare, declarare aut variare non possint, v. g. facere ut hortus intra septa monasterii existens non sit de clausura, possunt tamen ea loca quæ de rigore juris de clausura non sunt, vel de quibus dubium est. V. g. Sacraria, chorus &c. pro eadem determinare & declarare. Pelliz. Donat. Reiffenst. LL. cit. De cetero præterquam quod Bonifac. VIII. Trid. Pius V. Gregor. XIII. Paulus V. districte præcepit ut clausura conservetur, aut ubi non est, inducatur, eaque decretata innovaverit Alex. VIII. prohibens insuper sub pena nullitatis, ne imposterum ad habitum regularem admittantur novitiae vel jam in probationis anno existentium professiones excipiuntur, nisi monasterium in quo vestiri & profiteri cupiunt amplexum sit & ad amulsum observet clausuram, quam relati superius Pontifices præscripterunt; poterunt modò Episcopi auctoritate apostolica præcipere ipsi monialibus strictam clausuram, quamvis eam expressè professa non sint; cum hoc conforme sit primææ earum regulæ & ad votorum obseruationem necessarium, adeoque indirectè spectans ad professionem ut docet D. Thom. Quodlib. 10. a. 10. Sanch. l. 4. sum. c. 15. c. 3. Castrop. l. c. n. 2. Delben. de immunit. Eccl. c. 19. du. 3. §. 1. citatis aliis Sylv. p. 1. v. clausura. cas. 1. & 2. His proinde non obstantibus, quæ circa decretum illud Alex. VIII. rescriptere duo Nunci apostolici Colonienses, quorum verba recitat La croix, l. 4. n. 68. quem vide.

Quæst. 914. Qualis sit obligatio monialium non excundi, & num aliquæ ab hac obligatione liberentur.

i. R esp. ad primum: omnes ac singulæ moniales gravissimè obligantur ad clausuram quod ad egressum, ita ut mortaliter peccent, & ipso facto excommunicationem incurvant; quæ sine causa iusta & licentia claustrorum egrediuntur etiam ad breve tempus ut constat ex claro textu c. unio. h. t. n. 6. junctis decret. Trid. l. c. quo eadem innovantur & confirmantur. Variorumque Pontificum pii V. quae est illius in ordine 8, in Bullat, cui subjunctione ejus

eius declarationem, quae incipit *Decoris* §. 2. verbo-
tenus recitat Reiffenst. b. t. n. 28.

2. Resp. ad secundum: hanc obligationem etiam vi constitutioni Bonif. VIII. habent omnes ex-
pressè vel tacitè professæ, sive ante clausuram pro-
miscent & servaverint, sive non. ut Suar. Tom. 4.
de relig. l. 1. de oblig. relig. c. 8. n. 11. Et 14. Sanch.
b. 6. mor. c. 15. n. 12. Pirk. b. t. n. 33. & sic in spe-
cie etiam moniales conversæ, quae ad servitium &
ministeria domestica deputatae, si amittant tria vota
substantialia, quamvis ad colligendas Eleemosynas
de licentia egredi possint de quo quæst. seq. Hac
tamen obligatione non egrediendi claustrorum ad-
stringuntur novitiae monialium, sed de licentia su-
periorum suorum egredi possunt v. g. ad recuperan-
dam valetudinem, ita ut, si habitum retineant, per
talem egressum non interumpatur annus probatio-
nis. Secus tamen, si sine licentia egrediantur; quia
tunc recessunt ab obedientia, adeoque interrumpi-
tur probatio. Suar. *lc. n. 16. Pirk. lc.*

*Quæst. 915. quænam sint causæ legitimæ
egrediendi claustrum & dandi ad hoc
licentiam.*

1. R Esp. primò in genere: has causas esse debere
gravissimas Sanch. *lc. 6. 15. n. 3.* non nisi tales
consent legitimas, ut colligitur ex Trident. dum
eas legitimas censuit, quas Pius V. adduxit; dum hic
addit ob nullas alias causas concedendam licentiam
exeundi, pro ut etiam declarasse S. congregationem
plures dicunt apud Barbos. n. 15. tenentque Zerol.
apud Sanch. *lc. n. 36.* nihilominus ob alias aequæ
graves aut graviores causas concedi posse licentiam
probabiliter sustinent Sanch. n. 37. Castrop. *lc. n. 13.*
Nav. in *coment.* 4. *de regul.* n. 48. Barbos. p. 3. *de
potest.* Episc. *alleg.* 102. à n. 16. Laym. *l. 4. tr. 4. c.*
12. n. 1. Azor. *p. 1. l. 13. a. 8. q. 1. infine.* Rodriq.
reg. 99. Tom. 1. q. 49. a. 3. Gutt. *99. can. c. 14. n. 9.*
Suar. Tom. 4. *de relig. tr. 8. l. 1. c. 9. n. 3.* Pirk. *b. t. n.*
34. Reiffenst. *n. 30.* siquidem passim receptum est
dispositionem legis, non solum favorabilem, sed &
odiosam ad casus similes sub ratione decidendi com-
prehensos extendi, cùm ea dicenda non sit extensio
sed inclusio ut haec pluribus ex utroque iure exem-
plificat Castrop. *lc.* Nav. adeoque in praesenti, licet
Pontifex tres tantum causas legitimas egressus ex-
primat, nil vetat, quod minus ex aliis quoque causis si-
milibus aut efficacibus ob paritatem rationis; quia
nimis contineat grave documentum monasterii
totiusque communis egressus hic si conceden-
dus, quin imo, eti Sanch. *lc. 39.* Barbos. *n. 20.* Gutt.
n. 7. Rodriq. *lc.* Delb. *lc. de 7.* Zerol. *inpr. Episc. p.*
2. V. monialis in fine. & alia apud Castrop. qui dicit
sententiam hanc communem, contariam teneant
seu non esse faciendam extensionem ad alias causas
dissimiles etiam graviores v. g. à continentibus bo-
num commune Monasterii totius ad causas graves,
continentes bonum privatum alicuius monialis in
particulari; tamen aliam ad hanc licentiam exeundi
dandam sufficere probabilius sentire videntur Suar.
lc. c. 9. n. 9. Nav. *lc. n. 49.* Azor. *lc.* Peyr. *Tom. 2.*
privil. minimor. in constit. 6. pii V. n. 24. Pirk. *b. t. n.*
34. Reiffenst. *n. 33.* & alii quorum sententiam pro-
babilem quoque censer & rationibus stabilis Castrop.
n. 15. ut mox videbimus, secundum hæc itaque

2. Resp. secundò in specie: tales causæ graves &
legitimæ sunt lequentes, prima quæ expressa est in c.
nni c. b. t. in 6. Si monialis laboraret morto tali,
quocum sine aliarum infestatione vel etiam sine scan-
dalo commorari non posset in monasterio & cum a-
liis communicate, v. g. lepra, quo nomine venit in-

finitas contagiosa, ob quam cā infectus à commun
confortio separetur. Epidemia, quo nomine intel-
ligitur non tantum morbus pestifer qui majorem
partem eo infectorum perimit, sed & qui facile ad
alios diffunditur, eti majorem partem non interi-
mat. Talis quoque causa sufficiens juxta sententi-
am alteram æquæ, si non magis probabilem, est gra-
vis morbus unius monialis, eti non contagiosus, sed
soli patienti nocivus, cuius remedium ex egressu mo-
nastreri speratur, manendo intra clausuram despera-
tur. non enim viderur humanus legislator obligare
poste cum tam gravi damno præterim periculo viræ
privati, sive, ne is declineret mortem, etiam supposita
voluntaria obligatione assumpti statu, nisi per istam
declinationem periclitetur maximè bonum commu-
ne, qualiter ex egressu unius aut alterius monialis
infirme, cuius salus speratur extra, & desperatur
intra claustra, non videtur periclitari bonum com-
mune castitatis & religionis. unde Pontifex censem-
dus non est præcepto illo clausuræ voluisse in hoc
casu cum dispedio vita moniales in particulari ob-
ligare, pro quo etiam Suar. *lc. n. 3.* & Donat. Tom.
4. Tr. 4. q. 2. referunt declarationem Cardinalium
quam verbotenus recitat Reiffenst. *lc.* quin etiam
pontificem non spectasse solam causam publicam &
toti conventui nocivam, sed etiam particularem sin-
gulis monialibus graviter periculosam, probat ex-
emplo incendi, quod si ita corriperet monasterium,
ut una aut altera periclitaretur & esset comburenda,
nisi egredieretur claustrum, reliquis absque periculo
remanentibus intra candem. item exemplo mortis
violentæ & oppressionis imminentis ab invatore,
quem evadere non posset, nisi se proriperet fugien-
do extra claustra, reliquis in iuto manentibus; in
quibus casibus, ipsis etiam adversariis concedentibus,
nemo negabit adesse causam sufficiemtē egre-
diendi, dum nomini facultas naturalis tuendī vitam
citra periculum boni communis sit subtrahenda;
cum etiam di scrimine inter duas postremas sen-
tentias & infirmitatem, quod propter hanc inconsul-
to prælato non possit exire, uti potest in casu incendi
& invasoris; cum hi non patiantur moram. atque
ex his iam infertur, licere moniali licentiam exeundi
concedere non tantum ubi urget periculum mortis,
sed etiam quando alias sine spe curationis remanent
deberet perpetuò misera, infirmitati & gravibus dol-
oribus subjecta, pro ut id ipsum conformat praxis
& consuetudo, quæ est optima legum interpres. *l. 37.*
ff. de LL. quæ videmus a piis & doctis Ordinariis
absque scrupulo concedi monialibus hic & nunc ia-
particulari licentiam egrediendi claustrum ad balnea
sanitatis canâ urgente necessitate, sic quoque vide-
tur esse sufficiens causa egressus ad aliud monasterium,
sin eo, in quo monialis existit ob aëris inten-
periem vel alimentorum qualitatem continua labo-
rat infirmitate, cui medendum sperat loci mutatione,
ut Gutt. *99. can. l. 2. c. 14. n. 10.* apud Castrop. *lc. n. 18.*
qui id ipsum non negat absolutè, sed suppositâ sen-
tentia, quæ neget ob causam singularem & propriam
unius monialis posse claustrum deseriri. His tamen
non obstantibus quod Pius V. declarat infirmitatem
pro causa insufficiente egressus, cùm loqui censeatur
non de infirmitate qualibet etiam periculosa quæ or-
dinariæ causa sufficiens non est (dum vel sic præbe-
retur ansa passim claustram violandi) sed de ea, quæ
nisi egrediatur curari non posset.

3. Secunda causa exeundi est, quam ad-
jecit & expressit Pius V. non corrigendi, sed
declarandi causâ tam Frid. quæm constitutionem
Bonifac. VIII. in cit. c. unio. b. t.
in 6, nempe grave seu pericolosum incendium
imm: